



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

uentario, nisi quatenus ad eos peruenit aliquid de bonis allodialibus, quae tenebuntur relaxare illis, cum quibus fuit transactum, vt colligitur ex iis, quae voluit Bal. in d. l. qui se patris, & in c. 1. an agna. vel filius cum pluribus aliis, qui in primo consi. in hac causa facta allegauit. ¶ Superest tertia dubitatio, praesupposito absque veritatis praedictio, qd transactio valuerit etiam ad praedictum filiorum D. Giberti, vtrum saltem mortuo D. Ioanne Francisco fratre D. Manfredi viuentis, cui et ex transactione fuit relaxata pars feudi dicti D. Galeatii, filij ipsius D. Giberti, potuerit ad partem feudi, qd dicto D. Ioanni Francisco ex transactione obuenit, admitti: & qd non possint, videtur posse dici per ea, quae voluit Alex. in d. consi. 13. in §. vol. in 2. dubio, qui dicit, vt ex eo, quod renunciatio facta fuit in manibus domini feudi, & non solum de iure, quod habebat ipse transigentes tunc temporis, sed et de omni iure, quod etiam in futurum habere possent in dicto feudo, quae verba trahuntur et ad omne ius, quod non solum nunc competeat ipsis transigentibus, & refutantibus, sed quod competere possent, aut in futurum competere sperabatur. l. si ira quis. ff. de leg. 2. sane dicta transactio, & refutatio debet ipsis etiam quo ad ius futurum, quod quomodocumque poterat competere, & sic et quoad ius successionem, aut accrescentem praedictae. Praterea ¶ tex. quo dicto D. Ioanni Francisco fuit acquisitum feudum ex transactione, & refutatione facta per D. Gibertum, ipsi postea sine liberis decessit, ad cuius partem feudi debent vocari proximiores ipsius per ea, quae habetur in c. 1. §. & quia. & ibi Bal. & alij qui feudum dare possunt, & latius dictum fuit in primo consi. Rursus si ipsi transigentes voluissent, qd altero deficiente sine liberis, illius portio deberet omnibus pariter accrescere, illud dixissent, & expressissent, quod cum non fecerint, debet intelligi, ipsos hoc noluisse. argum. l. si feruum. §. non dixit pretor. ff. de acquir. hered. e. ad audientiam de decimis. l. vnica. §. sin aut ad deficientis. C. de cadu. tollen. ¶ Premissis tamen non obstantibus, contrarium videretur, qd portio illius accresceret non solum D. Manfredi fratri D. Ioannis Francisci, sed et filiis Dom. Giberti, videlicet D. Hippolyto, & Hieronymo virilibus, & non in capita, quia respectu D. Ioannis Galeatii, de cuius parte agitur, ipsi sunt pares in gradu, hoc est in 6. gradu, & vbiq; agitur de successione illius, qui est ultra quartum gradum, tunc illi collaterales, qui sunt in pari gradu, simul admittuntur in capita, & non in stirpes auth. post fratres, & ibi Doct. communiter. C. communia de success. l. 2. & in materia feudi quando est facta transactio, seu refutatio feudi inter aliquos etiam per verba praegnancia, si contingat vnus ex illis sine liberis decedere, ad illius partem admittitur hi, qui de iure debuissent succedere, si transactio, aut refutatio facta non fuisset, vt est tex. cum glo. in c. 1. de eo, qui sine fecit agnato, & in terminis hoc voluit Alex. post Bar. in l. qui Roma. §. duo fratres in 10. q. ff. de verb. oblig. in penul. col. 1. And. de Iser. in c. 1. §. per quos fiat inuestit. vbi dicit, qd si vassallus feudum agnato alienauit, aut extraneo cum consensu domini, deinde decedat, proximiores, qui successissent in feudo, si alienatio facta non fuisset, admittuntur, & succedunt, dummodo ipsi alienationi non consenserint, & est bonus tex. in c. 1. de natu. success. feudi, vbi si ex diuisione feydom vltimo loco ad vnum ex pluribus deuenerit, quo casu tenet alienatio ad tradita et per Bar. in d. §. duo fratres in 10. q. & ille, ad quem deuenerit, decesserit sine filiis, omnes proximiores, qui sunt de linea defuncti, solum admittuntur. Sed filij olim Domini Giberti sunt de eadem linea vnus cum D. Ioanne Francisco, & Domino Manfredi coram auctore, ergo mortuo D. Ioanne Francisco reliqui sunt simul

admittendi in capita, & non in stirpes, & p^{ro}pterea ad hanc partem, quam habuit D. Ioh^{an}es frater dictorum venire non ex natura inuicellit^{is}, sed ex legis prouidentia, hoc est ex iure successorio, ut sciendi p^{ro}dictum fuit in aliis dubiis, ergo sciendi proximitas in succedendo, sed iuris est, quod pariter omnes respicit, facit etiam inueniunt gl. notab. & ibi Bald. & Doct. in c. huiusmodi l. 10. Lotha. alias est c. 1. Imperator Lotharius. §. fin. si de feu. fue. conten. inter do. & agnatus. clauditur. Ad do. Fede. in conf. 77. & in collat. lius per Alex. in conf. 15. in 5. vol. in penult. p^{ri}mo secundo modo, qui hoc expresse tenet. Exp^{re}ssaque inferitur, omnes finit debere admittere partem dicti Iohannis Francisci salte in capite. Manfredo iunior. ¶ Non obstant ea, que p^{re}cedunt xan. in d. conf. 13. in 2. dubio, quia ipse locus de refutatio feudali fuisse in manibus, & quo casu renunciatio habet vim pacti faciendi tantem, & dominum, ut ibi per Alex. & hinc p^{er} nos noster. Preterea ibi ipse dubitat, an renuntio facta in manibus domini, si mortuam fuit renunciatum, sine liberis, feudum dicatur minum reuerti, & distinguunt, ut ibi per eundem in d. l. qui Rom^{an}us. §. duo fratres, in 1. nul. colu. post Bar. Nos uero dubitamus, an illo sine liberis alii agnati, ad quo feudum fuit, si refutatio facta non esset, possint admitti. Et dictis inferitur eos posse admitti. Et quum ibi in d. conf. dicat feudum non debere ad dominum reuerti, non tamen dicit illud non posse, seu ad alios agnatos deueneri. Quinimmo excludendum uidetur includere agnatos expresse colligitur ex his, que ibi T. d. §. duo fratres ipse. In reliquis sup^{er} huiusmodi ultimo dubio me refero ad alii clarissimi Consultores dictum sunt.

S V M M A E

- 1 Subrogatio in dubio semper debet esse facta cum esset
2 cōsensus, et privilegium, et n. 3. q. 4. limitatur infra.
- 3 Primogenitus maior natus, et primus natus esse non
4 importat. Differunt tamen, ut infra, nu. 1. g. con-
- 5 Filius primogeniti etiam minor natus ex iure primoge-
6 nitatis secundo genitum, eiusque filios, & descendentes
7 iores natus. De hoc infra, nu. 3. 4.
- 8 Inuestitura, scilicet si debet aliqd dūci, declaratur, et inter-
9 cundum primā inuestituram, et ad primā regulatur, ca.
- 10 Nepos ex primogenito in iure primogenitus excludit
11 sedo genito, et n. 4. c. si quis si cōsocio facta est maior natus.
- 12 Secundo genitus an, & quando in feudo ex iure primoge-
13 nitatis præferendus nepoti filio primogeniti, & nu. 3. 4.
- 14 Verba inuestiturae potius sunt consideranda, a qua in-
15 sens feudi natura.
- 16 Ius primogenitiae in feudo iater alia consistit, ut in ho-
17 lios, & descendentes primogeniti, donec superius in-
18 tur, excluso secundogenito, eiusque descendentes.
- 19 Vniuersaliter sermo in uno saluificatus redditur in notitia
20 substitutio, & subrogatio facta in locum, ius, & primoge-
21 nitus intelligitur vniuersaliter facta in omnem locum, ius
22 neus, & privilegium illius, nisi in substitutione fuerit
23 ter alter prouisus, & nu. 4. 8.
- 24 Exclusus semel semper diuut exclusus, & non saltem
25 eius filij, & nepotes, quod declaratur, infra, nu. 4. 5.
- 26 In feudis prima causa est filiorum masculinorum.
- 27 Inuestitura concessa pro se, & filijs, nepotibus, & descen-
28 dit illorum maiori natus pro tpe existēti, intelligitur con-
29 uo, diuino maior natus ceteris minoribus si fuerint, &
- 30 Ordo successus primogeniture quiescit.
- 31 Nepos primogenito inuiscitur, et præfessionē de stirpe ge-
32 nito, et si inuestitura feudi in successione fieri uoluerit
33 pos ex primogenito, Quis minor anis excludit pariter

lato, & attentat patris, non autem sui ipsius aetate, quoad ius succedendi dicitur maior natu, & in omne ius, & privilegium patris sui succedit, quod declaratur infra nu. 53.

Filius eadem aetate cum patre, et portio corporis paterni esse cōfetur. Concessio secunda non est intelligenda secundum primū in eo, quod in secunda non fuit repetitum, sed aliter dictum.

Secundum an sit concessum pro se, & filiis, & descendentes, ita quod primogenitus preferatur, an verò sit concessum maiori natu, vel utriusque simpliciter, longe differt, & quomodo de maiori natu intelligatur.

Verba maior natu simpliciter prolata etiam in concessione feudi, quomodo sunt intelligenda.

Verba in iure semper naturaliter, et non civiliter sunt capienda. Maior natu potest capi & naturaliter, & civiliter.

Primogenitus, et maioritas natu differunt, & quibus cōveniant, ea, quae videntur observationi iustitiae, & quod subditi sui prudenter regantur, semper studet.

Sapientia, & rerum experientia maior in antiquis, & maioribus iuris praesumptione praesumitur.

Experientia rerum in administrando iustitiam, ac regendo multum attenditur.

Maior in administratione est praeposendus.

Nepotes filiorum appellatione non continentur, quando de filiis cum certa qualitate, quae in nepotibus non adest, fit mentio.

Aetatis qualitas non est ad heredes, nec ad filios, & descendentes transmissibilis.

Secundum an deferatur primogenito, an verò maiori natu, differt, & quomodo.

Primogenitus eius ad descendentes primogeniti in infinitum transmittitur, sicut ex particulari consuetudine introducitur.

Haec est consuetudo contra communem, & naturalem legem feudi, atque intransmissibilis, & contra pietatem, & rationem naturalem.

Consuetudo disponens de primogenito non extenditur ad dispositionem locum de maiore natu, & nu. 39.

Consuetudo quae est contra legem, de casu ad casum simile non extenditur.

Nepes ex primogenito excluditur a secundo genito, vel eius filio, qui antea tempore genitura, & natiuitatis sit antiquior.

Nepes ex primogenito natus post patruum, eiusque filium excluditur a patre, eiusque filio, maxime, si in dispositione facta fuisset mentio non de primogenito, sed de maiore etiam simpliciter.

Idem, si concessio facta esset primogenito, nu. 38.

Nepes in successione feudi locum patris assumit ad excludendum patrui, vel eius filium, quando feudum deferatur iure successione, non autem quando iure inuestitura, & ex providentia domini, & nu. 51.

Nepotus datus, videlicet uno ex primogenito, alio ex secundo genito, ad feudum indivisibile, & quod uni tantum eodem tempore debet potest, concurrentibus, praefertur ille, cui verba concessione magis proprie conveniunt.

In successione feudi ex generali consuetudine omnes filii, et nepotes ex alio filio simul succedunt, neposque locum patris subintrat.

Secus est de consuetudine, seu privilegio primogeniturae.

In legatis factis generi, seu familiae semper prior in gradu existens praefertur.

Ad feudum concessum pro se, & filiis, & descendentes, ita tamen, quod maior natu, siue primogenitus semper praefertur, quia, & quomodo admittatur.

Primogenitura qualitas non est de natura feudorum primordialium, & naturalium, sed accidentalis, & quae sit primordialialis, & naturalis feudorum natura.

Investitura secunda, & reuocatio quando secundum primam intelligitur, & contra declarari debeat, & quando secus sit, & censetur esse nova, & non reuocatio.

Verba naturalis papae, super quibus postea disponendo suam intentionem non fundat, non est standum.

Verba expressa, & geminata maiorem effectum important.

Proximior vocatus ad succedendum in hereditate, seu in feudo secundum ordinem successionis iuris communis, & regularis feudorum, proximior quomodo consideretur, & nepos tunc locum patris sui subintrat, secus si alius ordo, quam successionis in hereditate, vel in feudo de iure communis servaretur.

52 In feudo, quod maior natu succedat, est modus succedendi praeter, seu contra ius feudorum.

54 Nepos subintrat locum patris, illumque representans non dicitur eum quo ad aetatem, & maiorem natum representare, ita quod alio verò maiore natu dicatur maior natu.

55 Fictio inducitur in uno casu ad alium non extenditur, maxime non concurrente eadem ratione, & quando illa esset contra naturalem veritatem, & equitatem.

56 Iure suo absque culpa, & causa privari est iniquum.

57 Ad feudum an sit vocatus primogenitus, vel maior natu simpliciter, an verò primogenitus, vel maior natu cum liberis suis, differt quoad effectum, an nepos locum patris subintrat, & minor natu excludat patrui maiorem natu.

E P I T O M E.

In feudo comitatus concessio alicui pro se, & filiis, ac descendentes legitimis, & naturalibus, & illorum maiori natu pro tempore existentis, quia maior natu, & etate semper debeat succedere, ceterisque praeferrari.

Et filius secundogenitus verò maior natu, & etate sit praefertendus nepoti ex filio primogenito minori natu, non attento iure primogeniturae, hic demonstratur.

C O N S I L I U M L X X I.

DEBITATUR, stante concessione, & inuestitura facta domino Hieronymo de Ranutijs pro se, & filiis legitimis, & naturalibus de feudo comitatus Porrecte per sanctissimum olim dñm Sixtum Papā, prout in literis suae plenius contineri dicitur, utrum post obitum dñi Angeli primi filij praefati D. Hieronymi, qui in dicto feudo comitatus ipsi D. Hieronymo immediate successit, ad illud nunc admittatur comes Fraciscus q. Baptista secundogeniti D. Hieronymi, tanquam maior natu, excluso comite Hanibale filio praefati comitis Angeli, qui respectu comitis Francisci est minor natu. In qua dubitatione sanè primo aspectu videtur dicendum, quod praefatus D. Hannibal a successione dicti feudi excludere debeat ipsum comitem Franciscum, ex quo venit casus, quod ambo tempore mortis comitis Angeli supersunt,

1. quia tunc ipse D. Hieronymus, eiusque filij, & descendentes fuerint subrogati, & substituti in locum filiorum domini Nicolai de Sannutijs primi comitis, ut in literis apostolicis concessionis, & inuestiturae factae D. Hieronymo continetur, sequitur, quod filij, & descendentes D. Hieronymi totaliter in ius, & privilegium filiorum D. Nicolai succedere, & illorum sapere primordialem naturam debent. l. i. §. haec actio. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuerit. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. glo. Bar. & alij in l. certi conditio. in princip. ff. si cer. peta. Roma. in singul. 484. aliis 478. pone quod arbitrium, ubi data potestate civibus eligendi potestatem de certo loco infra certum tempus, quo elapso, in capitaneum transeat electio, Capitaneus in iure eligendi subrogatus tenetur potestate de eodem loco eligere, facit etiam dictum Baldi in l. certum. col. 7. in versum item dubitatur. C. unde cognati, & unde legitimi; & hinc dixit Baldi in l. parabolani. C. de epi. & cler. quem sequitur Alex. in l. i. §. haec actio. ff. si quis testamen. liber. esse ius. fuerit. in additio. incipien. haec actio. quod iudex, seu alius subrogatus in locum alterius debet esse aequè idoneus, & talis, qualis est ille, in cuius locum subrogatur, ex quo inferitur, quod qualitates, quae debent in aliquo inesse, debent etiam concurrere in eius subrogato, & consequenter subrogatio in dubio semper censi debet facta cum eisdem qualitatibus, & privilegiis, quod optime facit pro decisione casus, de quo agitur, ut descendentes D. Hieronymi intelligantur subrogati, & substituti in feudo cum eisdem qualitatibus, quae inesse debebant in filiis D. Nicolai, in quorum locum fuerunt substituti. Sed feudum ad filios D. Nicolai pervenire debebat

t secundum

secundum ordinē primogeniture, ut ex literis apostolicis constat, ergo idē dicendū est in filiis, & descendētibz D. Hieronymi. Et quāvis qualitates uideantur diuersificari, quia in primis literis fit mētio de primogenito, in secundis autē de maiore natu, tamē effectualiter unū, idēq; importare dñr, quia qui maior natu est, hoc est natiuitate, utiq; primogenitus esse dicitur. Nam primogenitus dñr, quasi qui primo natus est, c. Ioseph. extra de verb. signific. Et primogenitus, & primonatus idē importāt, Guido Pap. in quāst. 206. & s. minor. Instit. de adoptio. cū glo. ibi minorē natu, id est natiuitate. Bald. in l. cum antiquioribus in 5. col. C. de iure delib. qui dicit primogenitū dici, qui prius natus fuit. Et ad prēmīssā etiā facit tex. in l. agētes. C. de praposit. agen. in re. lib. 12. ubi Bart. dicit per illum tex. q̄ subrogatio fieri debet cum eisdem qualitatibus, & cōditionibus, & ideo fieri debet de eque idoneo, per Alex. in l. stipulationes cōmodissimē, qui plura allegat. ff. de uerb. oblig. & facit l. quid ergo. cū pracedentibus. ff. de usufruc. ubi in subrogatis, & substitutis concurrunt eadem qualitas, uidelicet usufructus, iuncta l. 2. ff. cod. tit. cum ibi notatis. ¶ Sed ex iure primogenituræ filius primogeniti, quamuis natu sit minor, tamen excludit secundogenitum, eiusque filios, & descendentes, licet illo sint minores natu, ad tradita per Oldrad. in consil. 94. per Pau. de Cast. in l. is potest. ff. de acqui. hered. post Bar. ibi, qui in hanc partem uidetur inclinare, & multos alios etiam allegat Alex. ibi tenentes partes nepotis, inter quos est Ioan. And. in rub. de feudis in addit. ad Spec. quāvis aduertendum sit, q̄ Io. And. ibi arguit ad partes, nullāq; opinio. sequitur, sed indecisum relinquit, & Nico. de Mat. tarellis in l. si. de iurisd. om. iud. in sua distinct. dicit, q̄ quando hæc iurisdicō primogenituræ est feudū, & iure feudi concessa fuit, tunc nepos etiam minor natu iure primogenituræ patrum maiore natu excludit, ergo à fortiori eius filium, argumēto l. si uina matre. C. de bon. mater. Et quia propter unumquodq; tale, & illud magis, & in hanc sententiā inclinare uidetur Bal. in l. liberti, libertaq; in 6. col. C. de operis liberti. licet ipse Bal. in d. l. cum antiquioribus. se firma re non uideatur. Idemq; sequuntur Albericus in proem. ff. Abb. in c. licet de uoto. Pau. de Cast. in cōs. 159. aliis in consil. 180. in l. lib. Abb. in consil. 85. cum simil. & Aretin. in consil. 164. Ergo uidetur dicendum, q̄ comes Hannibal filius Com. Angeli primogeniti excludat à successione feudi comitem Franciscum filium secundogeniti. ¶ Secundo principaliter facit, q̄ nam quotiescunq; dubitatur de intellectu secundæ inuestituræ, semper debet fieri declaratio, & interpretatio secundū primā inuestituram, & concessionem, quoniam secundā à primā regulatur, nam quicquid ex aliqua radice descendit, necesse est eius naturam sapere. capitulo 1. de uasallo decrepitate atatis. & faciūt notata per Decium in consil. 78. in ult. col. in 1. volu. sed ex tenore primæ inuestituræ, qui est attendendus, ut in c. 1. de duobz fratribz à capita. inuestitis. in fi. & ibi per docto. secundogenitus, & eius descendentes sunt admittendi, quando primogenitus decesserit sine liberis, ut in prima inuestitura, & sic sub ista conditione, ergo in hoc casu inuestitura facta D. Hieronymo pro filiis, & descendētibz, uidelicet ut maior natu pro tēpore existens in dicto feudo succedat, debet intelligi secundū primā inuestituram factam D. Nicolao, & consequenter, q̄ maior natu intelligatur de primogenito. Quo fit, ut attento iure primogenituræ filius primogeniti sit præferendus filio secundogenito, quamuis ille sit maior natu. ¶ Tertio arguitur, licet illa opinio, quæ tenet secundogenitū esse præferendū nepoti nato ex primogenito, esset uerior,

quam multi doctores magnæ auctoritatis esse magis cōem, ut per Alex. in d. l. is potest dicitur, tamen quādo nepos ex primogenito pos ex secundogenito simul cōcurrunt, aut excludendū, q̄ præferatur nepos ex primogenito magis fuit transmissum ius primogenituræ, nepotē ex secundogenito, in quē nullo modo dici translatum illud ius, quod nunquam patre suum secundogenitū, & consequenter se ipsum, qui uenit ex persona patris sui pōtente primogenito, argumento notat in l. in fidei cōmissio. per doc. post glo. ff. de leg. de uoto. & habetur per Deci. in consil. 78. ¶ Præterea illa opinio posset esse uera, q̄ si primogenitus, & filius primogeniti simul cōcurrerent, quod nondū alteri esset realiter acquiritur, quia uasallus, cui fuit concessum feudū, tunc primogenito, & postea mortuus esset super secundogenito, & nepote filio primogeniti, ut petendū feudū concurrerent, ad tradita per de Sali. in l. si uina matre. C. de bonis mater. Paul. de Cast. Aret. Alex. Iaso. & alios in d. l. is potest, & in alijs locis supra allegatis. nam hoc casus in 2. lib. & Aret. in consil. 167. in 3. col. Sed quidum esset realiter semel acquiritum filio primogenito, ut q̄a pater uasallus decessisset ipso super inde primogenitus mortuus esset, relicto filio secundogenito, uel eius filio, ut cōtingit nostro, tunc opinio, de qua supra, nō procedit, hoc casu filius primogeniti præferretur in ne feudi secundogenito, & illius filio per quicquid semel fuerit acquiritum primogenito per sunt præferendi descendentes masculini primogeniti filio secundogenito, & magis si nam isto casu filius primogeniti succedat patri, ut in d. c. 1. de success. feudi primo dicitur, pos non ueniret ex persona sui patris, sed rationa. l. 1. si sit nepos. & ibi Bar. ff. de collat. q̄ uenit ex persona sua, non excludit patrem secundogenitum iure transmissionis primogeniti, nec etiā quia ipse possit dici primogenitus, cum ab illo fuerit generatus, quæ ratio non est, q̄ nepos ex primogenito neller ueniret post mortē patris sui, q̄a ueniret ex primogenitura in eum facta, ut uolunt doctores, cum ius primogenituræ transmittitur. ¶ Quod prædicta sunt benè ponderanda uerba inuestituræ, ut per Hieronymi, q̄ prout de iure consideranda sunt, quā propria natura ipsius feudi, argumēto de duobz fratribz à capita. inuest. & ibi Bald. & notatur. Dicitur. n. in inuestitura, q̄ quocumque, & feudum, & quo ad consequendū totum literarum prædecessoris emanatarum domini Nicolai, Papa substituit, & subrogat Hieronymum, & eius filios, & descendentes, & priuilegium filiorū, & nepotum dicti D. Pondero primo illa uerba ad consequendū effectum literarum prædecessoris, in quibus laus fuit inuestitus pro se, & filiis &c. Sed effectum literarum erat, q̄ primogenitus cōstituitur, & consequenter feudū cōcessum filiis, & descendētibz, saluo iure primogenituræ, quod cōstituit, ut ius feudi transmittat ad filios, & descendentes primogeniti, donec superint, excludit primogenito, eiusque descendētibz, ad tradita per Oldrad. cum sim. supra alleg. & pluribus quæ possunt dari, ergo subrogatio facta de D. Hieronymo

debet intelligi facta, cum eodem, & simili iure primogenituræ, alioquin non esset uerum dicere, si aliter intelligatur, quod subrogatio esset facta ad totalem consequendum effectum literarum prædecessoris, quia si uniuersalis sermo, qualis est ille, quoad totalem effectum in re. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellianicam. in l. i. de rebus dabitur. I. totum salus. l. is qui ducetur. §. utrius. ff. de rebus dabitur. Secundo si potero illa uerba, in locum, ius, & priuilegium filiorum, & nepotum dicti Nicolai, quæ & si non sunt uniuersalia, sunt tamen in definita, quæ æquipollent uniuersalibus. l. si ita. in prin. ff. de leg. 2. c. q. per ambitiosam. de rescriptis in 6. cum simil. & important, quod in omnem locum, & omne ius, & priuilegium filiorum, & nepotum do. Nicolai ipsi do. Hieronymus, & eius filii, & nepotes dicatur subrogati, & substituti. Sed filii, & nepotes do. Nicolai ius, & priuilegium primogenituræ habebat ex lite patris Papæ Sixti, quod ius inter cetera est, quod nepotes primogeniti præferatur patruo, & eius filii, & nepotes eius, & priuilegium ratione substitutionis, & subrogationis de eis factæ nepotes primogeniti præfati do. Hieronymi dicent habere. ¶ Quinto prædicta sic corroborantur, Baptista secundo genitus do. Hieronymi ad dicto feudo semel fuit exclusus per Comitē Angelum primogenitum, ergo si adhuc uiueret, similiter diceret exclusus, quia si semel est exclusus, semper durat exclusus. Bar. in l. 2. videndum. & in l. si. ff. ad tertullianum. cum simil. quæ ibi allegat Alex. in apostol. c. 1. §. quinta. & ius de feudis cum aliis pluribus, quæ allegat ibi Præpositus Mediolani, in tit. episcopum, uel Abb. in uis feudorum. Quo fit, ut similiter perpetuo sint exclusi filii, & nepotes dicti Baptiste, a quo descendunt, & causam habent, argum. l. si uiua matre. C. de bonis mater. & propter unumquodque tale, & illud magis, aut multo magis. C. de episcopis, & clericis. ergo dictis filiis do. Baptiste præferendi sunt nepotes ex primogenito ipsius do. Hieronymi, & consequenter Hannibal filius Comitē Angeli post mortem sui patris succedere debet in dicto feudo, excludo dom. Franciscum filio domini Baptiste secundogeniti, quia si etiam in feudis prima causa est filiorum masculorum c. 1. §. quia. qui feud. dare possunt. c. 1. de success. feudi. ubi in feudum sit concessum alicui, qui decedat cum filiis, & filiabus, præferuntur filii masculi, & loco ipsorum filiorum nepotes ex eis, qui in locum sui patris succedunt, & habetur in c. in præsentia. de probatione. ¶ Sexto est considerandum, si quod illa uerba, de quibus in inuestitura, uidelicet pro se, & filiis, nepotibus, & descendens, debent intelligi ordine successiui, ut primo filius, deinde nepotes, & successiue alij descendentes admittantur. l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. 2. doct. communiter in l. gallus. §. qui dam recte. ff. de liber. & posth. cum multis aliis, quæ adduxi in c. Raynuitius. de testamen. ergo similiter illa uerba uidelicet maiorem natu pro tempore existētem, intelligi debent ordine successiui, ex quo illa uerba dicuntur ad declarationem uerborum præcedentium, & restrictiue, ac expositiue, & consequenter dicuntur esse pars dictorum uerborum præcedentium, & ideo uerba illa, uidelicet maiorem natu, debent in hoc declarari ab illis aliis uerbis, ut intelligantur similiter ordine successiui. Sed si ordo successiui primogenituræ est, quod primo præferatur primogenitus in successione feudi secundogenito, & eius descendens, hoc enim priuilegium attributum est primogenituræ, ad tradita per Oldrad. in d. suo cons. 94. per Card. in cons. 137. ergo idē dicendum est de filio primogeniti, ut præferatur secundogenito, & eius descendens, ut colligit ex primis argumentis Bal.

in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberand. quæ ad hoc tendit, & ea aliter non refero. ¶ Septimo prædicta sic confirmatur, si inuestitura, & concessio feudi præfertur in illius successione maiorem natu, ergo post mortem primogeniti, seu filij maioris natu admitti debet nepos natus ex illo, exclusis patruo, & eius filiis, quæ uis nepos sit longe minor annis, & ætate, quæ nepos ex primogenito iuris censura, & perficiationem censetur esse in gradu paterno, & in succedendo assumit locum, & gradum patris, ut in d. c. 1. de successione feudi. & non est consideranda ætas nepotis, sed patris, per quæ suppleri dicitur ætas nepotis, & consequenter nepos censetur quoad ius succedendi maiorem ætate, & natu, ætate patris sui, quia in eius locum subrogatur, ergo debet dici subrogatus cum omnibus qualitatibus, & priuilegiis suis, ut est ex mente Bar. in l. liberorum. ff. de uerb. signifi. iunctis not. per eum in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testam. liber. esse iuss. sue. l. decernimus. & ibi Bart. C. de aqueductu lib. 11. & in l. comperimus. & ibi Bart. C. de proximis sacro. scrip. lib. 12. l. maior. §. penult. & ibi Bald. ff. de procuratoribus. ubi probatur, quod subrogatus succedit in ius, & priuilegium illius in cuius locum subrogatur, ergo hæc regula iuris antiqui extendi debet quoad effectum succedendi ad causam nostram ex interpretatione passiuâ, quamuis simus in materia correctoria, & penali secundum gl. in l. si quis seruo. C. de seruus fugitiuus. & per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure, in 6. q. princip. in materia interpretationis passiuæ. & in l. marcellus. §. quod autem. ff. ad trebellianicam. & in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad legem falcidiam. & per consequens illa regula habebit locum etiam in consuetudine, & dispositione, quæ uult maiorem natu esse præferendum ad effectum, ut nepos ex filio primogenito, quamuis minor, præferatur patruo, & eius filiis etiam maioribus ætate, propterea quia nepos in succedendo subrogatur in locum patris sui primogeniti, & consequenter in omne ius, & priuilegium sui patris ad effectum succedendi: ergo dicitur subrogatus in annis, & maioriæ, seu primogenitura patris, ut censetur nepos maior natu, ut supra, ac etiam in eodem gradu paterno, quia secundum Oldradum in d. cons. 94. & Ioan. And. in d. rub. de feudis. si filius censetur eadem persona cum patre, & censetur esse portio corporis paterni. l. si. C. de impuberum. l. cum seruus. C. de agrico. & cens. lib. 11. unde dicunt naturales philosophi, quod pater præbet formam in creatione filij, quæ dat esse rei. l. cum hi. §. prætor. ff. de transact. gl. in c. in ciuitate, de usuris. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibendum. Vnde caro filij dicitur caro patris augmentata, & nepos dicitur natus ex corpore aui. l. lucius, l. 2. ff. de hereditibus instituen. ergo licet primogenitus sit mortuus, tamen nepos eius filius dicitur subintrare in locum, & in ius, ac priuilegium patris, & ideo pater eius non censetur mortuus propter superexistentiam sui filij, qui subintrat locum patris sui in primogenitura, & ætate, seu maioriæ ætatis quoad effectum succedendi in feudo: & per hanc rationem, quæ fuit Pauli de Castr. in consilio 159. Socin. dominus meus in consilio 252. in 2. uolumine, in primo fundamēto facto pro nepote, & in 13. colum. in responsione tertij argumenti consuluit pro nepote, ut ipse tanquam maior natu præferatur patruo, eiusque filiis, quamuis uerè, & naturaliter essent maiores natu, & ætate; & ibi Soci. loquitur in casu, quo concessio, & dispositio loquebatur de proximior maiore natu, & sic ibi habemus decisionem casus nostri ad fauorem nepotis ex primogenito. ¶ Octauo ultra multa alia, quæ pro nepote allegantur, & ponderantur per Socin. in d. consilio 152. per Areti. in consilio 85. & Paul. de Cast.

Cast. in d. consil. 149. & Preposit. in d. c. 1. de feudo mar-
 chia. inducitur tex. diuersimodè ponderatus ab Aretio.
 Soci. & Preposit. in locis proximè allegatis. in auth.
 de hered. quæ ab intest. §. reliquum. quem allegat Io.
 Andr. in d. rub. de feudis. in additio. ad Specul. super
 quo text. maximum faciunt fundamentum. ut ibi per
 eos. ¶ Postremo confirmantur ea. quæ dicta sunt. quæ
 eadem debet esse ratio de toto quoad totum. quæ est de
 parte quo ad partem. I. quæ de tota. ff. de rei vendic. sed
 nepos. qui cum patre concurrat. succedit in locum pa-
 tris quoad excludendum patrum à parte feudi. in quo
 fit successio secundum naturam feudi. uidelicet in quo
 plures simul admittuntur. ut in c. 1. de success. feu. cū
 simil. infra allegan. ergo in feudo. in quo unus tantum
 potest succedere in toto. ratione maioris etatis. & pri-
 mogenitura. nepos debet excludere patrem in totum à
 feudo. cū sit tale. quod non recipiat pluralitatem persona-
 rum eodem tempore. & hoc argumentum fuit Andrea
 de Iser. ut referunt. & sequuntur Paul. de Cast. in d. cō
 sil. 149. Oldra. in d. consil. §. 4. Soci. in d. consil. 152. in 2.
 uol. & Preposit. in d. c. 1. de feud. marchia. ¶ Premissis
 tamen non obstantibus. prout in casu occurrenti mi-
 nimè rectè intelligentibus obstat. concludo Comi-
 tē Franciscum in dicto feudo esse potiorē. quod sit Comes
 Hannibal filius do. Angeli primogeniti. Et pro uerita-
 te dicendorum unum ualde necessarium est præmit-
 tendum. quod feudum secundo loco concessum do. Hiero-
 nymo. & eius filiis. & nepotibus non dicitur fuisse cō-
 cessum primogenitura. hoc est. quod primogenitus in
 feudo succedere debeat. sed omnibus filiis. & descen-
 dentibus masculis legitimis. & naturalibus cū hoc. quod
 maior natu pro tempore existens in perpetuum admi-
 nistret. & immediatè succedat. ut in dictis literis Sixti
 ibi. te. tuosque filios masculos legitimis. & naturales.
 ac illorum descendentes in perpetuum &c. uidelicet ma-
 iorem natu pro tempore existentem Comites dicti
 Comitatus Porrectæ facimus. constituimus. crea-
 mus &c. Et idē in dictis literis repetendo ibi. tibi que.
 & propter te tuis filiis. ac descendentes prædictis. &
 illorum maiori natu pro tempore existenti in perpetuum
 ex tunc. prout ex nunc &c. Nulla enim unquam in li-
 teris concessionis factæ de dicto feudo do. Hierony-
 mo. & filiis facta fuit mentio de primogenitura. seu
 de primogenito. sed solum de maiori natu ipsorum
 do. Hieronymi filiorum. & descendendum. & quāuis
 in relatione literarum concessionis dicti feudi iā diu
 primogenito. & de primogenitura. prout
 ē in literis dicto do. Nicolao concessis fortè dicitur.
 tamen ex hoc non inferitur. quod secunda concessio fa-
 cta fuerit primogenito. quia si Papa hoc uoluisset. fa-
 cile potuisset hoc dicere. sicut in primis literis. ac ē
 in secundis. dum retulit concessionē primā factā do.
 Nicolao. & idē cum de primogenito non repetierit
 in concessione facta do. Hieronymo. sed solum de ma-
 iori natu geminatè. ut supra. sequitur. quod aliter in hoc
 est intelligenda secunda concessio. quā prima facta
 do. Nicolao. argumento I. unica. §. fin. autem ad defi-
 cientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam. cū glo. ex-
 tra de decim. glo. in c. per exemptionem. de priuileg.
 in 6. l. si ea lege. in prin. ff. loca. l. si seruum. §. non dixit
 prætor. de acquir. heredi. cum simil. allega. per glo. in
 d. c. ad audientiam. Et ¶ in materia ē feudorum lon-
 ga est differentia. an feudum fuerit cōcessum primo-
 genito. uidelicet pro se. & filiis. & descendentes. ita
 quod primogenitus semper præferatur. an uerò fuerit cō-
 cessum maiori natu. uel maiori simpliciter. quia intel-
 ligitur de maiori natu etiam quoad effectum. de quo
 nos dubitamus. utrum nepos ex primo filio præferatur
 secundo filio. & illius filio. quoniam cum maior

natu pro tempore existenti fuerit facta concessio.
 per præferendus erit ille descendens. qui etate
 & etate maior absque discrimine. utrum de
 filio primogenito. an uerò à secundo. dum
 etate maior. & antiquior. nam Papa concessit
 mino Hieronymo. & filiis. consideratur ma-
 ior. hoc est. quod maior natu esset præferendus
 hæc uerba maior natu simpliciter prolata
 intelligi naturaliter. & non ciuilit. prout con-
 pitur ius primogenitura. quod prouenit à
 dine. statuto. uel alia simili dispositione. sed
 quod uolunt Doctores tractantes de primo-
 ra. & illius iure. ut per Oldra. in d. consil. 94.
 in d. l. cum antiquioribus. in l. 3. C. de ius. &
 mis. & in l. liberti. libertateque. in 5. colum. C. de
 libertorum. & per scribentes in l. is potest. ff. de
 ren. hered. quoniam ¶ semper in dubio uerba
 bent naturaliter. & non ciuilit. l. fin. C. de bi-
 niam ata. impetra. l. de fideicommissio. ff. de
 demonst. l. qui habet. ff. de tutel. gl. in c. de
 de rescript. in 6. & in c. placuit. 16. quæst. 1. in
 tuus. & ¶ maior natu capi potest naturaliter
 qui est antiquior. & etate maior. exponen-
 tem. hoc est maiorem natiuitate. ut in 5. colum.
 eum glo. in situ. de adoptio. & argumentum
 seph. extra de verborum significat. l. qui cum
 ubi est text. ff. de bonis liberorum. l. 1. §. 1. de
 ribus. item & ciuilit. hoc est dignitate. &
 te capitu. querendum. cap. criminationes. c. 2.
 c. sedes. cum glo. in uerbo maiores. de rescript.
 lex. cum glo. 2. diffinit. ibi lex est confirmat.
 li. quia maiores natu &c. item etiam pro
 to. cui ex consuetudine debetur quoddam pri-
 uilegium. seu præminencia etiam in uita patri-
 illius mortem. quod contra regulas iuris præfer-
 ris. qui aliàs de iure simul cū eo succedere
 ut legitur in d. l. cum antiquioribus. per Bal-
 similibus allegatis. ergo in hac concessione
 uerba capi debent naturaliter pro antiquiorē
 eo. qui prius natus fuerit. ¶ Considerandum
 quod primogenitura. & eius solum dicitur
 re inter descendentes. ut præsupponunt doctores
 ea loquentes. at maioritas natu continet
 nibus. qui sint etate maiores. etiam si contrari-
 laterales sint. d. §. minorem natu. cum similibus
 terea etiam attendat significatione uerborum
 primogenitus. & maior natu. quoniam pater
 rus dicitur. qui primo natus fuit. quāuis
 fuerit natus. ut quia unicus sit filius. nam pater
 dicitur. quem nemo sequitur. ut legitur de
 qui fuit primogenitus Maria. c. Ioseph. de
 significat. & argumento not. per Bartolum
 duos. ff. de rebus dubiis. sed maior natu dicitur
 alterius. qui esset minor etate. l. 1. §. 1. ff. de
 ribus. & d. §. minorem. uerba enim huiusmodi
 comparatiuè posita. quæ præsupponunt
 rium. l. ubi autem non apparet. ff. de uerborum
 gat. ergo aliud est. quod esse primogenitum
 iorem natu. & consequenter aliud est. quod
 cta sit primogenito. aliud. quod facta fuerit
 & hanc differentiam præsupponit Alexand.
 ritatis in consil. 4. incipien. ponderatis uerbo-
 ti. in 4. volum. per totum. ubi plura conside-
 Comiti Francisco multum prodesse possunt
 tibus præmissis uidetur. quod Comes Franciscus
 cundogeniti. qui mortuo Comite Angelo
 ros. & descēdētes reperitur maior. hoc est
 annis. & etate. & natiuitate prior. ex reno-
 ra debet præferri Comiti Hannibali iuniori. &
 annis minori. quia inuestitura loquitur de maior

non autem de primogenito: & ad propositū facit etiā
 id, quod voluit Deci. in consi. 443. in 4. volum. ¶ Secū
 do si ipse dominus concedens, qui semper studet ob-
 servationi iustitiae, & q. subditi sui prudenter regātur.
 ex ore de privileg. voluit feudum, & homines loci
 Potestatem debere pervenire ad maiorem natū,
 hoc est ad antiquiorem ad effectū, ut subditi homines
 melius, rectius, & iustius per antiquiorem tanquā sapiē-
 tiorē, magisq. expertū gubernarentur, quia t. in anti-
 quis, & maioribus iuris præsumptione psumitur inef-
 se maior sapientia, maiorq. rerū experientia. c. porro.
 8. diffinit. c. sciendum. 26. q. 4. l. semper. ff. de iure im-
 munita. Et t. in administrando iustitiam, ac regendo
 multū attenditur rerū experientia, quā haberi perfe-
 ctē non potest, nisi mediante longa etate, ut in d. cap.
 porro. & in d. sciendum. c. cum nobis olim. cum ibi
 not. de electione. & querendū est semper, in quē intē-
 tio concedentis dirigitur. l. cum pater. §. donationis.
 ff. de lega. 2. Præterea t. maior in administratione præ-
 ponendus est, ut per Innoc. & Doctō. in c. cum depu-
 tati. de iudiciis. & argumento l. 1. §. est autē. ff. de exer-
 cito. optimus tex. in l. si. ff. de fide instrumentorum. l.
 semper. de regulis iuris. Verisimile igitur videtur, q. in
 casu nostro ratione prædicta intentio Papæ fuerit di-
 recta in antiquiorem, & maiorem etate, ergo illa est at-
 tendenda, si enim dicitur consultū subditis, ac et cæ-
 teris de familia, & linea domini Hieronymi. argumē-
 to d. l. cum pater. §. pater pluribus. ¶ Tertio facit, t. nā
 quamvis appellatione filiorum quandoque veniant
 nepotes, qui illius descendunt. l. filij. l. iusta. de verb.
 sig. l. Gallus. etiam si à parente. ibiq. Bart. Alexan. &
 scribentes, tamen q. fit mentio de filiis cum aliqua
 certa qualitate, quæ non reperitur in nepote, tunc ap-
 pellatione filiorū nepotes non continentur. l. si. C. de
 naturalibus liber. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. sig.
 in 4. & 5. colum. vers. secundo queritur, quando ver-
 bum filij, & in l. 1. C. de privileg. dot. & facit l. si pater.
 §. puella. ff. de ritu nuptiarum. ergo cum illa qualitas
 maiortatis in casu, de quo agitur, sit addita filiis, ne-
 potibus, & descendentiibus, & non reperitur in filio
 primogeniti, hoc est in Comite Hannibale, cum Comes
 Franciscus sit illo antiquior, & natū, seu natiuita-
 te maior, & prior, sequitur, q. existente dicto Comite
 Francisco, non potest admitti Comes Hannibal mi-
 nor natū, q. hæc qualitas maiortatis in eo nō reper-
 titur, q. ipse nō cōprehendatur appellatione nepo-
 tum quoad effectū succedendi in dicto feudo. ¶ Quar-
 to facit, nā licet Comes Angelus tanquam maior na-
 tu fuerit admissus, & prælati secundogenito ratione
 ætatis, ut habetur in literis iunctis præmissis, tamen
 si qualitas ætatis ipsius non est transmissibilis ad hære-
 des, nec ad filios, & descendentes per ea, quæ habentur
 in l. pater. C. de tempor. in integrum restitut. l.
 amilius largianus. ff. de minoribus. facit l. omnibus
 casibus de regulis iuris. l. 1. ff. de constit. principū. &
 hoc est in se notum, & clarum, sed feudum in casu no-
 stro traditur ætati, hoc est descendentiibus maioribus
 natū, & sic propter ætatem, ut ex verbis concessionis
 cōstat, & etiam ex prædictis colligitur, ergo Comes
 Hannibal filius Comitis Angeli non potest ex perso-
 na sua admitti, quia nō est maior natū, nec iure trans-
 missionis factæ de persona patris in filium, quāvis se-
 cundogenitus, sequendo opinionē illam, q. nepos primo-
 geniti excludat patrui secundogenitū, quia si ne-
 pos venire non potest ex sua persona, cum nō possit
 dici realiter, & verē primogenitus, tamen admittitur
 iure transmissio, q. ius primogenituræ dicitur
 transmissum de persona patris in personam suam, ut
 dicunt tenentes, nepotem esse præferendum, & sic ra-

tio diuersa militat in eo, qui vult venire iure primoge-
 nituræ, & alia, & diuersa in illo, qui potest, & debet ue-
 nire tanquā maior natū. ¶ Quinto sic arguitur, si non
 est dubium, ut voluit Alex. in d. cō si. 4. & ex prædictis
 manifestē constat, q. hæc duo inter se differunt, uide-
 licet q. feudum deferatur primogenito, uel q. defera-
 tur maiori natū, q. nū unum sonat in ius, & aliud in fa-
 ctum, ut colligitur ex ijs, quæ habentur in d. l. is potest.
 per Alex. Iaf. & alios, ac etiam in d. consi. 4. cum simil.
 31 supra allegatis. Sed t. ius primogenituræ, hoc est, q. pri-
 mogenitus pferatur, & ius primogenituræ ad descen-
 dentes primogeniti transmittatur, fuit ex consuetu-
 dine, & dispositione particulari introductum, ad tra-
 dita per Baldum in d. l. cum antiquioribus. & in d. l. 3.
 C. de suis, & legitimis. & in l. liberi, libertatēque. C. de
 operis liber. Oldra. in d. consi. & scribentes cōmuni-
 ter in d. l. is potest. quæ t. consuetudo est cōtra legem
 feudi communem, & naturalem. argumento l. maxi-
 mū uitium. C. de liber. præterit. gl. in c. 1. & ibi Andr.
 de l. ser. de natu. succ. feudi. in 5. col. vers. querit gl.
 & c. 1. de succ. feudi. estq. talis consuetudo irratio-
 nabilis, & contra pietatem, ac rationem naturalem,
 per Baldum in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. d. l.
 maximum uitium. & l. cum ratio. de bon. damna. er-
 go t. huiusmodi consuetudo loquens, seu locū habēs
 in primogenitura nō potest ex similitudine rationis
 extendi ad casum, in quo feudum esset maiori natū
 concessum, licet quandam habere similitudinem di-
 ci possit, q. consuetudo, quæ est contra legem, non
 extenditur de casu ad casum similem. Bart. in l. cōsue-
 tudinis. in quest. 39. C. quæ sit longa consue. & per do.
 Anto. post Ioan. Andr. in c. si. extra de consuetu. & di-
 cit Bald. in d. l. omnes populi. in 13. col. q. disposita p
 consuetudinem, uel privilegium de primogenito, so-
 lum habent locum in ipso primogenito propriē, & tā-
 quam odiosa, & correctoria non extenduntur, maxi-
 mē q. nō fieret ad præiudiciū alterius, qui verē ma-
 ior natū esset per Ioan. Andr. in regula sine culpa. de
 regul. iur. in 6. mercurial. ¶ Sexto cōclusio tradita ad
 fauorē Comitis Francisci determinari uidetur ex theo-
 rica Bal. qui firmavit pedes l. 1. 3. C. de suis, & legi. ubi
 decidit quæstionem illam difficilem, utrū nepos pri-
 mogeniti excludat secundogenitum a regno, seu feu-
 do, quam reliquit indecisam in d. l. cū antiquioribus.
 34 dicens, soluat Apollo. Voluit enim t. in d. l. 3. q. si ne-
 pos primogeniti natus sit post natiuitatem secundo-
 geniti, & consequenter etiam post natiuitatē filij se-
 cundogeniti, & sic attento tempore genituræ, & nati-
 uitatis, secundogenitus, uel eius filius sit antiquior, &
 maior natū, hoc est natiuitate, tunc nepos primoge-
 niti excluditur, at in casu occurrenti Comes Baptista
 secundogenitus, & eius filius Comes Franciscus nati
 fuerunt prius, q. genitus, & natus esset Comes Hanni-
 bal filius primogeniti, ergo ab illis excludi debet. Præ-
 terea ē in casu, quo nepos primogeniti natus, & pro-
 creatus esset ante suum patrui secundogenitum, &
 concessio facta esset per hæc uerba simpliciter, q. pri-
 mogenitus, seu primo natus esset admittendus, tunc
 nepos primogeniti debet succedere nō ratione alicu-
 ius transmissionis, sed iure primogenituræ, nā uerum
 est, ipsum nepotem primo, & ante suum patrui natū,
 & genitum fuisse, & hoc casu nepos primogeniti for-
 tius excluderet nepotē ex secundogenito, quia si uin-
 co nincētē te, multo magis uinco te iuribus vulgari,
 sed primū mēbrū in casu nostro uendicat sibi locū,
 quia secundogenitus, eiusq. filius nati, & procreati fue-
 runt prius, q. nepos primogeniti, ergo uidetur, q. Bal.
 ibi et casum nostrū decidat. Prædicta confirmo ex ijs,
 quæ notabiliter etiam ponit Alex. in d. l. is potest. in
 2. col. ff. de acquir. hære. qui distinguendo, & concor-

dado opiniones inquit, q̄ aut nepos natus est post patrum, & tunc à feudo debet excludi, quia nō potest dici primogenitus, nec in eum potest dici translatum ius primogenituræ, cū natus sit post patrum: idē dicendum est, q̄ nepos primogeniti natus fuit post nepotem secun-ogeniti, argumento l. si uiua matre. in princ. iun. d. 5. in nepotibus etiam. C. de bonis mater- nis. ergo debet excludi à nepote ipsius secundogeniti, ex quo post illum natus est, quia non apparet ratio diuersitatis, & propterea idē ius esse debet. l. à titio. ff. de verb. oblig. & hoc est de mente Bart. ut statim dicā, & hic est casus noster, aut nepos primogeniti natus fuit ante patrum, & tunc Alexāder pertransit cū distinctione Bal. in d. l. 3. cuius uidetur esse hæc distin- ctio Alexandri, qui non aliter ad hoc refert Bald. Sed cū hoc secundum mēbrum huic casui nostro non cōueniat, idē me ad Baldū, & Alex. i. dictis locis remit- to. ¶ Septimo p̄dicta ad fauorē Comitis Frāncisci maioris natu, & prius nati corroborantur ex ijs, quæ dicuntur per scribentes in illa difficili quæstione, an nepos ex primogenito excludat patrū, in qua & si mul- ti tenuerunt pro nepote p̄ patrum, ut Paul. de Cast. in d. l. is. potest ex mente Bartoli ibi, & multi alij iuri excellentes, quos pro prima parte allegauit, tamen cōsiderando, quæ sit cōmunis opinio, à qua in iudican- do, & consulendo non est recedendum ad not. per Io. Andr. Anto. Abbatem, & alios in c. 1. de constitutio- nib. circa finem. contrariam sententiam arbitror ue- riorem, q̄ nepos, maxime q̄ natus fuit post patrū, & eius filiū, excludatur ab illo, qui primo natus fuit, qm̄ uerum non est, nepotem esse primogenitum, seu natum, argumento c. Ioseph affirmat Alex. in d. conf. 4. in 4. volum. dicens illam uerionem, & secundum il- lam semper cōsuluisse, eam quoq; cōmunem esse at- testatur. Paul. de Cast. in d. l. is. potest. quamuis tene- rit opinionem pro nepote, dicens, q̄ Doctores nostri contrarium tenuerunt, ut Bart. Cyn. & Richar. Ma- lum. in d. l. si uiua matre. & absq; dubio hoc uerum ef- fet, qm̄ in dispositione non fuisset facta mentio de pri- mogenito, sed de maiore et simpliciter, quia debet intelligi de maiore natu, ut ibi per eum: ergo ex uer- bis suis inferitur, q̄ si esset expressē facta mētio de maiore natu, sine dubio nepos primogeniti excludere- tur à descendente, qui primo natus fuisset, & sic habe- mus ibi occurrentis casus decisionē: & in quæstione de primogenito idem, quod Alexāder, affirmat Bal. in d. l. 3. C. de suis, & legitiis, & quamuis in d. l. cum antiquioribus, ubi plenē pro utraq; parte arguit, se nō finitauerit, nec alicui parti adhæserit, prout et fecit in l. liberti, libertatēque. C. de oper. libertorum. tamen quod ibi indecisum reliquit, determinauit in d. l. 3. ut dictum fuit. In hanc sententiam uenerunt etiam Bar. in auth. post fratres. C. de legitimis heredib. Cyn. in d. l. si uiua matre. & ibi Salic. & Richar. Malum. qui con- tra nepotē primogeniti consuluit, & Bart. fuit motus hoc suo nouo fundamento, nam cum feudū, seu regnū Sicilia, siue Apulia sit feudū ecclesiæ Romanæ, quale est etiam feudum nostrum Porrectæ, quod est feudum dignitatis, in illo non habet locū ius succe- ssionis, sed debetur ex concessione domini Papæ, ut in c. 1. de successio. feudi. Docto. maxime Præpos. in c. 1. in 1. col. de feudo marchia. Vnde cum non tractetur de successione aui, uel patris, ille nepos locū sui patris non assumit, prout dicitur in d. auth. post fratres. ergo nepos primogeniti, qui postea fuit natus, debet excludi: & multū benē notanda sunt uerba Bar- toli, dū dicit, q̄ cum in feudo ecclesiæ Romanæ non tractetur de successione aui, uel patris, inferitur enim dicendo uel patris, q̄ si post mortē filij primogeniti supersit filius secundogeniti, cuius ipse filius primo-

genitus dicitur patris, idem dicendum esse de- delict, q̄ filius primogeniti à filio secundogeniti excludatur, sicut excluditur nepos ex primo- genito patris, qm̄ immediatē succederet. post mortē aui: & illa uerba uel patris non p̄ alio casu uerificari, ergo ex mente Bartoli, ius casum nostrum decilum dicendo, cum non tractetur de successione aui, uel patris, ga- tur id, quod dicit Soci. in d. conf. 2. §. an ius & maxime attenta opinione Ioan. Andr. d. doctrinam Bartoli in d. auth. post fratres po- re p̄ patrum, & sic pro nepote, cum hodie inueltitura, de qua ipse loquitur, & super quo- luit, feudū deferatur iure successione, ut d. 36 quia respondetur, q̄ in casu, de quo agitur, non transit iure successione, sed transferitur inueltitura, & ex prouideria domini Papæ, feudū debet non iure primogenitura, pro- Soci. & sic iure successione, q̄ habet locū in- nitura. d. c. licet. de uoto. cum ibi not. sed de- tute prouisionis Papæ maiori natu pro tēpo- non attenta prioritate gradus, nec attēto re- cedendi in feudis, sed solū maior ætas ratio- ris prudentiæ in regendo, & exercēdo iuris- meritūque, & mixtū imperium: & faciunt ergo quæ uoluit Cald. in conf. 13. in titulo de feudo rea sicut in casu Bartoli in d. auth. feudū ex- tis, quod deferabatur non iure successione, uidentia, & speciali priuilegio, ut et Soci. ponit, ita & in casu, de quo loquimur, est in- dignitatis, hoc est comitatus habēs admittit iurisdictionis, & merū, mixtūque imperium, ueltitura habetur, ergo in eo nō habet locū secundū naturā feudi, quā considerat Soci- tū in d. c. 1. de feudo marchia. Cyn. uerō Sa- in d. l. si uiua matre mouentur, q̄ nepos pri- excludi debet à patre, ne contingat filij su- nitū esse deterioris conditionis, q̄ sit nepos primogenito per illum text. Nec obstat d. au- fratres. quia ibi nepotes representant per- tris, qm̄ sumus in successione hereditatis, quæ uisibilis, sed regnum, & feudum et comitatus est feudum, de quo agitur, est indiuisibile, ut feudo Marchia, & in casu nostro cōstat ex- stolicis, ubi uni soli pro tempore debetur. No- Doct. ibi, & alibi dicit nepotem excludi à pa- contingat filium esse deterioris cōditionis, 37 nepos, Tergo concurrentibus duobus nepotibus, delict uno ex primogenito, & altero, ex secun- nito, unus non debet esse deterioris cōditionis, alius, quia iura hoc non admittunt, ut habet in d. l. si uiua matre: Immo deberent de iure sumi ut notissimū est. Sed qm̄ feudū hoc in casu agnū, est indiuisibile, quia uni tantū potest esse re debet, magis conueniens est, ut illi nepos- tur, in quo magis propriē concessione uerba aut concessione, quæ sunt, ut m- præferatur, ceteris paribus magis uerificam- su occurrēt in Comite Franciscus, quia ipse- scendentibus, & liberis, prout et Comes Han- lius primogeniti, itē est maior natu, hoc est te, ut clarum est, & Com. Hannibal est natu- go præferendus est Comes Franciscus, cū fe- unum tantū peruenire debeat, & hæc est m- in hoc articulo. Hanc eandem opinionem do. And. de Isr. summus feudista in c. 1. de suc- ces. feud. in usu feudo. & c. 1. de gradi. succe- & Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. d. tus est Dominicus de S. Gemina. in c. gran- plen. negli. præla. in 6. & Oldr. in conlo- 4. in

circa negotiū, dicit hanc opinionē esse de iure uerio-
rem, & ita consuluit Pet. de Anch. in consil. 78. in
Christi nomine &c. dicta facti narratio: & t̄ dato, sed
nō cōcessio idem esse, q̄ cōcessio facta sit primoge-
nito, uel q̄ sit facta maiori natu, tñ etiā nepos primo-
geniti debet excludi, put in terminis fuit decisum
per Papā Bonifaciū, qui approbavit in feudo Regē
Robertum, & nō nepotē ex primogenito, iudicādo,
& statueno ipsum Regem Robertū esse feudatariū
ecclesię, ut in cle. pastoralis. de re iudica. & cōtrariū
attentare censetur esse quasi hareticū, ut dixit Bal. in
d. l. cum antiquioribus. quāuis in d. l. liberti in 6. col.
dicat se nescire, an Papa Bonifacius ibi determinauit
ut ueritate, sed tñ se remittit ad dicta per eum in d. l.
cū antiquioribus. quā sententia lata cū maxima causā
cognitione dicit facere ius generale. Iut in c. i. causis.
de re iudica. & maxime cū illa fuerit inserta, & po-
sita in corpore iuris, ut per doctores in c. i. extra de
cōstitut. ex quibus inferitur, q̄ ius illud seruādum erit
in teris ecclesię, quicquid in cōtrariū reperiretur
statutū in teris Imperij super huiusmodi iure primo-
genitura ad not. in c. quod clericis. de foro compet.
& in c. i. de noui operis nunciatio. ¶ Octauo corro-
boratur hæc opinio Bonifacij Papę, quā, ut dixi, dicit
tur magis cōmunis, sic arguēdo, t̄ in successione feu-
di cōsuetudo generalis feudorū, quā facit in feudis
ius cōmune, ponit suū ordinē, ut in eo succedāt filij
omnes simul, item filij, & nepotes ex alio filio una,
& simul, ut in cap. i. de successione feudū. & in cap. i.
de gradi. succ. in feu. & habetur per doctores in c. i.
qui feudū dare possunt. in §. cū uerō. & ibi i. §. & quia.
& cōsequenter nepotes subintrant locū patris, ut ibi:
per priuilegiū aut, seu per priuilegiū introducū
fuit, q̄ in præminencia primogenitura primogeni-
tus præferatur ceteris sibi paribus, ergo hoc nō debet
haberi locum, qñ cōcessio cōtra ius cōmune feudo-
rum uellet, q̄ maior natu præferretur, quia hic est ca-
sus a cōsuetudine, uel priuilegio omittis, ergo debet
haberi pro omisso, ut seruetur concessio loquens de
maiorē natu, & sic, ut semper inter liberos, & descen-
dentes do. Hieronymi maior ætate, & natiuitate præ-
feratur ceteris exclusis, maior aut natu inter liberos
do. Hieronymi nūc reperitur esse comes Franciscus,
ergo ille est præferendus, quia, ut dicit Bal. in d. l. oēs
populi in 13. col. ff. de iustit. & iu. disposita de primo-
genito extra suum casum non possunt extendi, quia
odiosa sunt, & iuris cōis correctoria. ¶ Nonō t̄ ad
duco tex. in l. cum ira. §. in fideicom. ff. de leg. 2. &
in l. fin. C. de uerbo. sig. ubi si legatū sit factū generi,
seu familię, semper præferatur ille, qui in priori gradu
existit, ita t̄ feudum cōcessum filiis, & descendētibz,
ita tamē, q̄ maior natu semper præferatur, debet trā-
sire ad eū, qui est maior ætate, qui dicitur natu maior,
etiā si sit nepos primi feudatarij, prout in terminis ex-
pressē uoluit Dominus Præpositus Mediolanen. in c.
i. de feudo Marchie. in 10. col. in sua quadā notabili
dist. quā facit in illa quæstione de primogenito uo-
cato ad feudum. in 19. argum. secundi ordinis, quā
quæstionem ibi latissime examinat, ad utranque par-
tem arguēdo, & inter alia in 2. mēbro distinctionis
inquit, quod quando bona deuoluuntur iure con-
cessionis, non autem successionis, ut quia feudum esset
concessum pro se, & filiis, & descendētibz suis, ita
tamen quod primogenitus semper præferatur, tunc
ipse Præpositus rem esse claram dicit, quia uidentur
gradatim uocari, uidelicet primo filius primogeni-
tus, postea nepos primogenitus, & sic successiue. arg.
no. p. Bar. in l. qd. ff. & ibi Imol. & Alex. ff. de uerbo.
obli. & in l. iur. iur. iurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber.
Bal. in aut. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. expressē

igitur uoluit, quod primo filius primogenitus admit-
tatur, deinde post mortem filij primogeniti ille ne-
pos, qui est primogenitus. Idem igitur, & fortius di-
cendum est in casu nostro, in quo similiter feudum
fuit concessum pro se, & filiis, & descendētibz
masculis, ita tamen, quod feudum semper ad maio-
rem natu perueniat, quia primo debuit admitti fi-
lius, q̄ primo natus fuit, & maior natu existit, & post
illum nepos, qui erit maior natu iuxta prædicta.
Sed comes Franciscus est nepos maior natu, quia ge-
nitus, & natus ante alios nepotes domini Hierony-
mi, ergo ipse est præferendus: & posito, sed non cō-
cessio, quod in iure primogeniturę argumentum
procederet, non tamen idem est dicendum in casu
nostro, in quo maior natu inter omnes liberos sem-
per est præferendus, per sepius dicta. ¶ Superest nūc
respondere iis, quę in contrarium primo loco fue-
runt adducta, & in primis non obstat primum argu-
mentum de subrogatione, quia t̄ licet sit uerū, q̄ sub-
rogatio censetur semper facta cum iisdem qualita-
tibus, conditionibus, & priuilegiis, quę inerāt in eo,
in cuius locum fuit facta, ut ibi, tamen hoc est uerū,
quando simpliciter, & generaliter subrogatio facta
fuisse, ut in dictis iuribus, & auctoritatibus, at quan-
do in subrogatione esset expressē, & specialiter adie-
cta noua qualitas, seu conditio, quę esset diuersa à
qualitate, quę requirebatur in eo, in cuius locum
facta fuit, tunc illa noua qualitas specialiter in sub-
rogatione adiecta, & non antiqua debet attendi, & cō-
sequenter quoad alia tantum subrogatio locum hēt,
ut fuit de mente Bar. in d. l. i. §. hæc actio. in 1. col. ibi
item fallit, ubi datur secunda limitatio, quod subro-
gata actio non sapit eandem naturam in iis, quę spe-
cialiter sint aliter in subrogatione expressa. Sed in sub-
rogatione, de qua in casu nostro, fuit expressa noua
qualitas, uidelicet, q̄ feudum semper spectaret ad
maiorē natu, quę qualitas est diuersa ab illa, de qua
in prima concessione facta Domino Nicolao, quo-
niam aliud importat, feudum, seu rem spectare debe-
re ad primogenitum, aliud ad maiorem natu, ut uo-
luit Alex. in d. consil. 4. in 4. uol. cum sim. supra allega-
tis. ergo hæc subrogatio debet dici facta cū qualitati-
bus, & conditionibus, seu priuilegiis primę concessi-
onis, excepta hac qualitate maioritatis natu specia-
liter expressa per prædicta, ac etiam, quia specialitas
derogat generalitati, ut habetur in c. i. & ibi Abb. de
rescript. c. generi per speciem. ibique Dy. de reg. iur.
in 6. Comprobari etiam possunt prædicta, nam si qs
fuerit institutus simpliciter, uel sub aliqua conditio-
ne, & illi facta fuerit substitutio directa, uel fideicō-
missaria sub aliqua alia conditione, in substitutione nō
censetur repetita qualitas institutioni adiecta, sed at-
tendit illa, q̄ fuit in substitutione expressa, per totū ff.
de p. d. instit. & ff. & C. de condit. & demō. Præterea
t̄ hæc qualitas primogeniturę non est de natura pri-
mordiali, nec naturalis, sed accidentalis feudorum, cū
à consuetudine, uel à priuilegio speciali proueniat,
ut omnes uolunt in locis, in quibus de primogenitu-
ra tractatur, nam primordialis, & naturalis feudorū
natura est, ut transeat ad oēs filios, & descendentes
eiusdem gradus simul, & æqualiter, ut in c. i. de suc-
ces. seu. per Pau. de Cast. in consil. 80. in 1. lib. ergo sub-
rogatio in casu nostro non potest dici facta cum illa
qualitate accidentali, sed cū primordiali natura feu-
dorū, nisi in ipsa subrogatione fuisset expressa hæc a-
lia noua qualitas, quę dēt attendi, cū fuerit in subro-
gatione specialiter expressa, qm̄, ut uoluit Doct. oēs
post gl. singularē in l. certi p. dictio, in p. i. ff. si cer. per.
& Ro. i. d. singulari, & Bar. ac Alex. i. d. l. i. §. hæc actio.
subrogatū sapit naturam primordialē, & naturalē il-
lius

lius, in cuius locum subrogatur; non autem accidetale.
 ¶ Non obstat secundum principale, quod secunda inuestitura debeat declarari, & interpretari secundum primam per Bartolum in l. si mihi, & titio. in ult. col. ff. de uerbo. oblig. per Alexandrum in consi. 29. in §. uo lu. in §. dubio. & consequenter illa uerba maiorem natu debeant intelligi, & declarari a prima inuestitura ut intelligantur de primogenito, de quo prima inuestitura loquebatur. Item quod sicut in prima intelligebatur exclusus secundo genitus cum omnibus liberis suis, donec superesset primogenitus, & eius liberi, ut ex tenore primae inuestiturae inferatur, ita etiam debeat intelligi secunda inuestitura facta Do. Hieronymo, ut in argumentis primae partis habetur. Quia primo respondetur, quod secunda inuestitura, & renouatio in dubio debet intelligi secundum primam, quando ambe essent factae inter eandem personas, & eisdem de eodem genere, & ita proprie loquuntur supra ad hoc allegata, ut per Bartolum in d. l. si mihi, & titio. quoniam tunc potius dicitur reuocatio primae inuestiturae, quam de nouo concessio. Sed quando secunda esset facta aliis personis de alio genere, & praecipue quando in secunda esset alterata forma primae, uel noua qualitas adiecta, secus esset, quia tunc censeretur esse noua inuestitura, non autem renouatio, ut colligitur ex uerbis Alexandri, & aliorum in d. l. si mihi, & titio. in §. 6. col. la. in consi. 24. in §. lib. Bal. in c. Imperialem. §. in super. in 4. col. de prohib. feu. alie. & in c. 1. ne agna. uel filius. & in l. 1. circa 3. col. de rerum diu. facit tex. in l. ius ciuile. de iust. & iure, & tunc secunda non deberet intelligi, nec interpretari secundum primam, praesertim in illa parte, in qua esset noua forma, & noua qualitas adiecta. Praeterea secunda intelligitur secundum primam, quando in secunda essent expressa uerba dubia, secus si clara, argumentum l. continuus. §. cum ita: in fine cum ibi no. per Bart. ff. de uerbo. oblig. & d. l. si mihi, & titio. at in casu nostro illa uerba, uel maiorem natu, p. tpe i se sunt clara, & non indigent declaratione, ut ex dictis supra expressis colligitur ergo non opus est, ut declarentur a uerbis primogeniturae politis in prima inuestitura, cum illa sint magis dubia, & interpretatione indigeant, puta scribentes multum laborauerunt in significatione, & cognitione uirtutis dictae primogeniturae, & uerborum illam importantium, ueluti constat ex iis, quae ponunt Doctores tractantes, & disputantes de primogenitura in locis aliis supra per me allegatis. Et quamuis uerum sit in prima inuestitura contineri, quod primogenitus una cum liberis suis omnibus praeretur secundogenito, suisque liberis, & quod secundo genitus ita demum posset, & deberet admitti, quando deficerent primogenitus, & omnes sui descendentes, ut colligitur ex uerbis narratiuis, & enuntiatiuis secunde inuestiturae, tamen dico, quod illis uerbis non est standum, nec secundum illa est iudicandum, nisi super iis Papa postea fundaret suam intentionem disponendo, secundum quod uerba illa narratiua loquuntur, ut habetur in cle. 1. de proba. & ibi Abbas, & alii. Rursus dico, quod quo ordo ille, qui datus fuit in primis literis quoad successionem primogeniturae, non debet extendi ad ea, quae dicuntur in secundis literis de maiore natu, cum inter se differant per tradita supra, & praecipue quia in secundis literis, dum disponitur praerendum esse maiorem natu, non traditur ille ordo succedendi, qui ponitur in primis literis, sed alius, ut ex uerbis secunde concessionis, & inuestiturae apparet, & facile ipsi Papae fuissent tradere eundem ordinem, & exprimere eadem uerba in secunda concessionem, quae, & quod posuit, & expressit in prima, si uoluisset, sequitur ex his quod statim est simpliciter uerbis secunde concessionis,

arg. l. unica. §. si autem ad deficientis. C. de tollen. c. ad audientiam. cum glo. de decimis. Verba autem secunde concessionis, dum finem maiorem natu, sunt haec, te, tuosque filios, ac descendentes perpetui, illorum uidelicet maiorem tpe & c. & alibi est in dictis secundis literis, ibi, propter te tuis filiis, ac descendentes praedictis, maiori natu pro tpe existenti in perpetuum, quae uerba geminata sui natura important, & descendentes, & liberi dicti Do. Hieronymi persona sint ad feudum uocati, & omnium illorum maior natu pro tempore sit praerendus, & monstratiua omnium personarum supra denotat, & infinita, importare dicuntur, quod quilibet descendens, & liberis, qui sit primo natu sequo sit locus successioni in feudo, is admittitur, & ita innuitur ea uerba, & illorum maiorem tempore, quae sub eodem tenore, & sententia praescripta, & geminata posita, ergo aliquem maiorem importare debet ad nos per modum in cle. de fide instrum. cum similibus: in prima aduisione facta Do. Nicolao, ubi sit metio de primo post expressionem omnium liberorum, & descendens dicitur pro tpe, sed simpliciter de primogenito appellatione contineri potest secundum aliquem primogeniti, qui sit minor natu, & etate, & descendentes. Quare constat Papam in secunda aduisione ordinem uoluisse debere seruari, qui in primis exorbitans, odiosus, & iniquus uidetur successioni traditus in prima concessionem, & contingere minorem, & paruulum esse admittendum maioribus, & prudentioribus, item melioribus esse nepotes, aliosque descendentes, qui filii finitum, deficiente primogenito, & hoc fecerit illa, quod nepos primogeniti praeratur secundo de qua supra dixi. Et haec quoad secundum argum. ¶ Non obstat tertium principale fundamentum, scilicet aduersus, dum arguitur de primogenitura primogenito, quod saltem nepos ex primo praerendus est nepoti ex secundogenito, & maiori, licet non esset praerendus filio secundogeniti eius patruo, quoniam alia ratio militat in secundogenito, & alia in nepote ipsius secundogeniti ostensum fuit, quia ex praedictis respondetur potest, dicta in hoc argumento procedere potest, quod concessio feudi esset facta primogenito, nos loquimur, quando esset facta maiori natu, si maior ratio militat in nepote secundogeniti, ipse est maior natiuitate, quod sit praerendus potest ex primogenito, qui sit minor etate, & uocati sunt maiores natu ad feudum, & ad feudum strandum iustitiam, quia maiores natu, & mortem inclusiue, cum fuerit concessum, & mixtum Imperium, quia maiores natu, & atate, sunt prudentiores, & peritiores in administrando, & reddendo ius quam iuniores, ut etiam Alex. in terminis in d. consi. 4. in 4. uolum. in d. suo consilio, & latius supra tetigi & c. ¶ Non aduersantur uerba concessionis, & finis dicti domini Hieronymi pluribus modis ponderata, uidelicet uerba illa, quoad colectionem totalem effectum literarum praedecessoris in locum uilegiu filiorum, & nepotum dicti Nicolai, & fortitate praesentium tenore substituiamus, & finis. Nam illa uerba quo ad praedictum totalem effectum literarum praedecessoris importat omnem effectum literarum, arg. coram, quae uolunt Bart. & Alex. electione, in fin. in 3. colu. ff. de legat. 1. cum allega. ergo etiam hunc effectum importabit, &

genitus semper admittatur, quia hoc in dictis literis
prædecessoris continetur, & qui omne dicit, seu totū,
nihil excludit. l. iulianus. ff. de lega. 3. in st. de societa.
in prin. cum gl. & per Alex. in d. l. ierui. Item illa uerba
in locutus, & privilegium, quæ sunt indefinita, cōpre-
hendunt dictū privilegium, & ius cōcessum primogeni-
to in dictis literis prædecessoris, ergo &c. quia funda-
mentum hoc, & uerba ut supra ponderata facile euita-
ri possunt, si in literis Sixti cōcessis domino Hiero-
nymo specialiter, & expresse fuerit aliter prouisum,
videlicet, quod feudū ad maiorem natu pro tempore perti-
neret, quæ qualitas est diuersa à qualitate primogeni-
ture, ut supra. Et ideo illa uerba quoad totale effectū
cōsequendum, & illa in locum, ius, & privilegium, quæ
sunt generalia, & indefinitè prolata, non comprehen-
dunt casum, super quo fuit specialiter prouisum, nec
ad illud extendunt, tum quia generi per speciem de-
rogatur. c. i. cum ibi notatis, de rescri. cum similib. tū
quia quando post generalē clausulam specialis poni-
tur, generalis nō extēditur ad particulariter prouisa.
l. doli clausula. ff. de verb. obliga. & ibi gl. & scribentes
cum multis alijs, quæ possent allegari. ¶ Non obstat
quintum principale argumentum, quod ex quo comes Ba-
pista pater comitis Fracisci secundo genitus tanquā
minor nam fuit semel exclusus à successione feudi p-
comitis Angeli primogenitū, & natu maiorem, sem-
per, & perpetuo dici debet exclusus vnā cum sua pro-
genie à dicto feudo, argumētū notatorū per Bar. in l.
2. & in l. si ad Tertul. c. i. §. quin et, & ibi feudista in
tit. epic. vel Abb. cum alijs supra in d. argumento de-
ductis. Quia pro responsione dico, quod quādo quis ex
dispositione statuti, vel privilegij fuit simpliciter ex-
clusus propter existentiam alterius, semper, & perpe-
tuo dicitur exclusus, sed si ad tēpus, aut respectuē, se-
cus est, ut quia esset exclusus, donec, & quandiu su-
peresset alius alius, vel aliter, ut declarat Bar. in d. l. si.
& in d. si videndū. & habetur per feudistas maximè p-
do. Præpos. in d. c. i. §. quin etiā. Nam remoto obstaculo
illius, qui fuit semel exclusus, postea admittitur, pro-
pterea quia nō dicitur propriè exclusus, sed suspensus,
& ibi per do. Præpo. qui ad hoc multa allegat, & in ter-
minis habetur per Paul. de Cast. in consi. 102. in 2. li-
bro, & alias consilij in causa monti ferrati. Sed in ca-
su occurrenti filij secundo geniti, & alij sui descendē-
tes non erant propter primogenitum, vel maiorem
natu exclusi simpliciter, sed omnes filij, & descenden-
tes masculi in infinitum domini Hieronymi erant uo-
cati ad feudum, quamuis ad tempus essent exclusi, seu
melius loquendo suspensi, donec superesset primoge-
nitus, & maior natu, ergo cessante obstaculo primo-
geniti, debet admitti ille, qui inter descendentes do-
mini Hieronymi erat maior natu tpe mortis primo-
geniti. Nec est uerum, ut dictū fuit supra in responsio-
ne secundi argumētū, quod secundo genitus, uel alius ab
eo descendens admitti non possit, nisi post mortē pri-
mogeniti, & suorum liberorum, prout cautum erat in pri-
ma inuestitura facta do. Nicolao, quia attēta natura fe-
udalis inuestitura post mortem primogeniti, uel alte-
rius, quod feudū tenuisset, p tpe semp præferendus est il-
le, qui maior natu reperitur, dummodo sit de liberis
& descendētibz do. Hieronymi, ut inferūt uerba se-
cundæ inuestiturae, iunctis ijs, quæ supra ad propositū
alias deduxi. ¶ Sextū quoque fundamētū nō aduersat,
quod illa uerba pro se, filijs, nepotibus, & alijs descenden-
tibus masculis &c. debeāt intelligi ordine successiuo,
& cōsequēter ut prius præferatur primogenitus unā cū
suis liberis, quousq; supererint, deinde secundo geni-
tus, & sui liberi, & præsertim attēta prima inuestitura, in
qua hoc fuit expresse, quod respondēri pōt retorquēdo
text. in d. l. cū ita. §. in fideicommissis. cum ibi not. f. ubi si

fideicommissum fuit relictū sub nomine collectiuo pu-
ta familiae, agnationi, uel liberis, iuxta ea, quæ habentur
in l. si. C. de verb. sig. & in d. l. Gallus. §. quidā rectē.
& in §. etiam si à parente, uocati cēsentur ordine suc-
cessiuo, ut semper proximior admittatur, secundum
quod regulariter à iure proximior uocatur, quia lex
vult proximiorē semper præferendū esse, & ideo inferi,
quod in casu nostro filij, & liberi dicentur uocati ordine
successiuo, dummodo maior natu ceteris minoribus
natu præferatur, quā natura inuestiturae est talis, & cō-
cessio, & inuestitura uoluit inter eos, qui ordine suc-
cessiuo uocantur, maiorem natu semper debere præ-
ferri, sicut in casu d. §. cū ita. inter uocatos ordine suc-
cessiuo proximior uocatur, quia sic lex uoluit. ¶ Et dū
glo. in d. §. cum ita. uult, quod in casu, quo proximior uo-
catur, non debeat attendi, quis uerè proximior sit, sed
quis proximior reputetur, & habeatur, & ideo etiam
nepos, qui est remotior, tanquam proximior cū eius
patruo admittatur, quā lex uult hoc in casu nepotem
obtinere locum patris sui, & in eius locū esse subroga-
tum, per rex. in auth. cessante. C. de legit. heredi. & per
Imol. & Paul. de Cast. in d. §. cum ita. & per Moder. in
auth. post fratres. eo. tit. Sozi. consi. 25. & 37. lib. 3. Ale-
xan. in l. hæredes mei. in fi. ff. ad trebell. & in consi. 26.
in 3. volum. in consi. 88. consi. 137. in 1. volu. & in consi.
124. in 7. volu. quamuis contrarium uoluerit in consi.
204. in 2. lib. sequutus Bald. in d. §. cum ita. responde-
ri potest, ut est de mente Bar. in d. auth. post fratres. quod
prædicta procederent, si proximior esset uocatus secu-
dum ordinem successione ad succedendum in hære-
ditate, seu in feudo, quā feudum defertur iure succes-
sione, quā non est differentia inter successionem hæ-
reditatis, & feudi, ut in d. c. i. de successio. feudi. cū si.
sed quando in feudo non seruaretur ordo successio-
nis, qui seruatur in hereditate, seu de iure cōi, ut quā
esset feudum dignitatis habens annexam iurisdictionē,
& merū, mixtumq; imperium, quale est illud, de
quo sermo habetur, ut in c. i. de feudo Marchie, & ex
forma concessione, & inuestitura non esset datus in
succedēdo ordo iuris tam cōis, quā regularis feudorū,
sed potius alteratus, ueluti potest dici alteratus in ter-
minis nostris, in quibus solum, & simpliciter defertur
maiori natu, tunc nō est uerum, quod nepos subrogetur,
& subintret locū sui patris ad exclusionē non dico pa-
tris sui, aut alterius, qui debuisset succedere in hære-
ditate, attēto ordine iuris, sed maioris natu, tū qui mo-
dus succedendi, uidelicet, quod maior natu succedat, nō
est secundum ordinem iuris, qui in hereditate regu-
lariter seruatur, seu in feudis, sed præter, seu p ius feu-
dorum, ut cuiuslibet intuitu apparet, & probatur ex ijs,
quæ habentur in c. i. qui feudum dare possunt. in §. cū
verō. & in d. c. i. de successio. feudi, & de gradi. succes-
sio. in feudo, & de natura successio. cum si. & hæc fuit ve-
ra mens Bart. in d. auth. post fratres, ac etiā in solutio-
ne sequentis contrarij apparebit. ¶ Non obstat septi-
mū fundamentum, quod nepos ex primogenito, qui pri-
mo in feudo successit, subintret locum, & ratem, & ius
sui patris, quā cū in succedendo in feudis nepos ad ef-
fectum, ut possit admitti cū eius patrone, subroge-
ri in illius ius, & locum, ut in d. c. i. cum si. alias allega-
sequitur, quod etiam tanquam maior natu ex quadam fi-
ctione, propterea quia in succedendo locum patris
obtinere, & consequenter etiam tanquam maior atate,
ut erat eius genitor, admittitur exclusio secundo
genito per plura, quæ dicta fuerunt in dicto septimo
argumēto, quia, ut colligitur ex proximè dictis, f. feudū,
de quo agitur, est huius naturæ, ut in eo nō seruetur
ius, seu ordo succedēdi, qui seruatur in hereditatibus,
seu regulariter in feudis, sed ille solum, qui repe-
ritur traditus à domino concedente, qui ordo potest
esse

esse multiplex, & varius, & quodque prater, & quicquid ordinē iuris, prout videbitur do. concedenti, ut in d. c. 1. de feudo marchie. ergo subrogatio illa, & transmissio, quod nepos in succedendo regulariter subintret locū patris, non habebit locū in casu nostro, in quo nullus ordo iuris etiam feudorū seruatur, sed ille solū, qui prouenit ex prouidentia domini, qui potest uariare modos, & ordines, concedendo feuda dignitatibus, quæ habent annexam iurisdictionē, & merū, mixtumque imperium, de quibus in d. cap. 1. de feudo Marchie. ergo in huiusmodi feudis nepos non dicitur, nec censetur iuris censura mediante fictione iuris, de qua supra, esse in gradu, & in ætate patris, nec subrogatus in locū sui patris, cū feudū tale casu, quo perueniat, seu peruenire debeat ad nepotē, seu ad alios descendentes primi accipientis, dicatur peruenire ex prouidentia domini, & ex persona, & iure proposito nepotis, uel alterius descendentes, & non ex persona sui patris, ut per Bar. in d. auth. post fratres. & in l. is potest. per Alex. de acq. hare. & in pluribus alijs locis, quæ longum esset referre. Præterea licet uerum esset (quod negatur) quod nepos censeretur iuris fictione obtinere locum, & personā sui patris per predictā in dicto septimo argumēto, tamen non uerum, quod dicatur etiam representare personā patris quo ad ætatem, & maiori-tatē natiuitatis, ita quod nepos dicatur maior natu eius patruo, uel alio descendente uerē natu maiori, quia sic diceretur fingi naturā, uidelicet, quod nepos minor natu subintraret annos paternos, quos coniungendo cum annis suis contingeret ipsum esse annis maiorē, quod esset pater suus. per tex. in §. minorē. Insti. de adoptio. l. adoptio. & l. arrogato. §. non tantum. ff. eo. tit. Præterea fictio inducta in uno casu non extenditur ad aliū casum, maximē quando eadem ratio non concurreret, & esset naturalem ueritatem, & æquitatem, ad tradita per Bald. in l. tutela. §. cum duo. ff. de legi. tutori. ergo quamuis lex finxerit filium in succedendo locū, gradum, & corpus patris obtinere. arg. l. fi. C. de impub. & alijs subtit. cum simil. allega. in d. septimo argu. non debet tamen hæc fictio extendi ad casum istum, quod filius censeatur obtinere ætatem, & annos patris, & consequenter, quod minor natu censeatur maior quoad præiudiciū eius, qui uerē maior esset, nam cessaret æquitas, super qua fictio debet esse fundata, ut uoluit Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usufructu. l. iniquum enim est quem debere iure suo absque culpa, & causa priuari, ut in c. suggestu. c. licet. extra de decimis. c. dudum. cum si. de privilegijs. iuncto c. licet. extra de uoto. & facit, quod uoluit Bald. in d. §. cum duo. Præterea cessat etiam ratio, super qua fuit inductum, quod in hoc feudo maior natu esset semper præferendus, de qua supra, uidelicet, ut subditi à prudentiore regerentur, quæ ratio cessat in nepote, seu in alio descendente, qui esset uerē minor annis, & fingeretur maior natu, habito respectu ad ætatem, & annos patris, in cuius locum subrogaretur, & ita, ac etiam clarius in indiuiduo respondet Alex. in d. cōsi. 4. penultima columna, circa medium. & facit tex. in l. 1. ff. de iure immuni. ubi immunitas simpliciter patri concessa non transit ad filios, ut est glo. ibique Doct. in l. unica. C. de his, qui ante aper. tab. ¶ Octauo principaliter non uidetur aduersari tex. à pluribus ponderatus in d. auth. de hare. quæ ab intesta. in §. reliquum. quæ primo ad hoc allegauit Io. Andreas in d. rubr. de feudis. & post eum multipliciter fuit ponderatus, ut refert Sozi. in d. cōsi. 252. cum si. allega. supra in dicto octauo fundamēto, quia breuiter ille tex. cuitari potest, quod inductiones de eo factæ procederent in illo feudo, de cuius natura esset regulariter transire secundum ordinem feudorū, qui ordo non deuiat ab ordine suc-

cedendi in hereditate de iure cōmuni, ut habet c. 1. qui feudū dare possunt. in §. cum uero. & in successu. seu. cū similibus. quia cum tex. in d. c. 1. quatur de successione legitima, quod ab intestatū, inferri potest illum posse locum habere in feudo, cuius successio aliā est in regulari ordine successione fuerit in concessione feudis: at nos loquimur in feudo, in quo regulari successione non datur, sed ille, qui traditus fuit à domino cōcedente, iuxta tex. in d. c. 1. de Marchia. in quo locum non habet successio succedendi ex propria sua natura, quāuis de ordine in aliquibus, & fere in omnibus locis concedi seruet. ut habet in d. c. 1. & ideo sumitur quod habetur ex prouidentia dñi, & ex propria prouidentia, quo fit, ut nepos, seu alius descendens natus in locū sui patris subrogari ad effectū, ut in patris admitti possit, ut est de mente Bart. th. post fratres. ¶ Non obstat ultimum argumentum ad partē, de quo supra, quia in terminibus agitur, facillimē retorqueri posset, nā regulari natura feudorum, nepos ex fratre, & per mul. pro parte succedūt. ut in d. c. 1. q. feudū sunt. cū c. 1. de successio. seu. & de gradū. succed. cum similib. & consequenter sicut nepos cōstruitur à feudo respectu patris, in qua succeditur patruus excludit nepotem in parte, qua patruus dicit, sed cū sumus in feudo, in quo unus tantum & eodem tempore possit admitti, uidelicet tu, sequi, quod cū patruus, seu eius filius sit maior sit nepos ex primogenito, qui est minor ante toto excludere, quod secus fortē esset, quod si fictio primogenituræ deferretur, tenēdo opellam, quod tunc nepos admittatur in locum patruus, cluso patruo, qui ultimis casus non est casus cū non primogenitus, sed maior natu simpliciter feudum uocetur. Prædicto etiam. arg. ubi dicitur Ioan. And. in c. culpa caret. de reg. iur. in c. curia. cuius responsio est substatibilis, illam doct. ijs, quæ supra dixi in responsionibus aliorum mentorū, quod dixerit Sozi. in d. cōsi. 4. quod mordit Ioan. And. ex quo in feudo secundum iuris nepos in locū patris sui subrogari dicitur erat feudū, in quo ordo successione sui maiorari debebat. arg. tex. in d. §. reliqui. quia cum tunc currenti non tractetur de tali feudo, ideo aliter dum erit, ut supra dixi, & consequenter responsio And. saluabitur. ¶ Animaduertendum est etiam id, quod consiluit Sozi. in d. cōsilio, non videtur fieri conclusioni nostre positæ contra filium patris, quoniam ipse cōsultuit in casu, quo uocatus minor item & maior natu cū suis liberis, & maior natu, & sui liberi fuerint uocati, nil minus truius à nepote primogeniti excluditur, & hoc est casus, in quo cōsultuit, ut clare colligitur in 10. col. & ita loquitur Sozi. etiam allegando in uando cōsiliū Paul. de Cast. in l. si cognatus. de rebus dubijs. & hoc idem in feudo, de quo agitur, seruandum erat, attenda prima inuocatio domino Nicolao. Sed in casu occurrenti, dicitur inuestitura ad feudum fuit prepositus, & uocatus maior natu pro tempore simpliciter concedendo, & liberi sui: ergo id, quod fuit concedendo, per Sozi. non uidetur obesse, quoniam dicitur uel quod simpliciter sit uocatus primogenitus, uel uocatus fuerit primogenitus cum liberis suis. ¶ Ultimis terminis loquitur Bald. in d. l. cum uocatus. & quod inter hos duos casus sit differentia, cōs. ex ijs, quod uoluit Alex. in d. cōsi. 4. in penul. col. 1.

re expressa.

- 6 Verbis narratiuis Papa super quibus suam dispositionem fundat ita standum, & credendum est, quod ex eis inducitur presumptio iuris, & de iure, contra quam probatio non admitteretur.
- 7 Ex diuturnitate tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non extat, narrata in aliqua dispositione vera fuisse presumitur.
- 8 Sterile, et infructuosum fuisse presumitur id, quod ab ecclesia pro modico censu, & pro successoribus concessum fuit.
- 9 Et an fuerit infructuosum, uel utile, initium, quo fuit concessum, non autem tempus posterius spectandum est.
- 10 Et melioratum expensis illius, cui fuit concessum, non potest postea ab eo auferri, & alij etiam pro maiore censu concedi.
- 11 Res ecclesie cuiuscunque etiam alicuius utilitatis, quae multa expensa sustentaretur, potest à Papa, cui uelit, cōcedi, & in feudum dari, & cōcessio absq; alia causa, & solemnitate ualet.
- 12 Papa de rebus omnium ecclesiarum, cum sint de iure positio, potest ex certa scientia libere disponere.
- 13 Geminatio actus certam scientiam inferit, & importat.
- 14 In feudo pluribus insoludum, uel cuilibet ipsorum concessio habet locum inter ipsos ius accrescendi, ut altero sine liberis decedente, eius portio ceteris accrescat, non autem ad dominum deuoluitur.
- 15 Distributiuum quodlibet omnibus insoludum actum attribuit.
- 16 In feudis datis à Principe, duobus fratribus locum habet ius accrescendi.
- 17 Fortilitium datum in feudum censetur feudum indiuiduum, & in eo locum habet ius accrescendi.
- 18 Feudum uacans, & ad dominum deuolutum quadam aequitate su peruiuentibus, qui praeseruiunt tanquam haeredes uasallo praecedenti successerunt, potius est concedendum, quam extraneis.
- 19 Iuramentum fidelitatis ex quibus secundum formam debitam receptum, & praestitum censetur.
- 20 Iuramenti fidelitatis diuersae sunt formae.
- 21 Inuestitura prior ceteris posterioribus praevalet.
- 22 De invaliditate inuestiturae à Papa factae, & an poterit inuestire, nec ne, solus Papa cognoscere potest.
- 23 Inuestitura facta à Papa de re alicuius ecclesiae inferioris, quae ad prelatum illius spectabat, ualet, si ipso Prelato sciente, & ex post non contradicente, immo recipiente sic inuestitum ad iuramentum fidelitatis, & ad solutionem census facta fuit.
- 24 Maxime, si Papa, uel Princeps rem subditi, uel ecclesiae inferioris scienter in feudum concessit.
- 25 Papa in potestate, & auctoritate cum quolibet ordinario cōcurrit, & est ordinarius ordinariorum, paterque patrum.

E P I T O M E.

FEUDALIS concessio ualet etiam sine clausula motus proprii, quae in feudali actu non est necessaria.

Feudum fuisse tempore concessionis sterile, & infructuosum, credendum est uerbis narratiuis Papae concedentis, super quibus suam concessionem fundat, maxime concurrente diuturnitate tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non extat, ac modico censu: & melioratū expensis illius, cui primo fuit concessum, non potest ab eo auferri, & alij cōcedi.

In feudo concessio pluribus sub his uerbis, uobis, & cuilibet uestrum, locum habet ius accrescendi, ut altero sine liberis decedente, eius portio ad dominum non deuoluatur, sed aliis accrescat.

In feudatio, siue inuestitura facta à Papa de re ecclesiae inferioris ualet etiam absque consensu prelati illius ecclesiae, & multo magis ipso sciente, & ex post non contradicente, immo per receptionem iuramenti fidelitatis, & solutionis census approbante.

C O N S I L I U M L X X I I .

IN cā iter Illust. Ducis agere ex una, ac domino, ac Illustres comites super iuribus Mirabelli reos conuentos ex altera uertē te, primus Clarissimus Dominus Aduocatus adeo doctē, & plenē, super omnibus punctis, & obiectionibus contra dictos Comites oppositis consuluat,

seu fuit concessum pro primogenito, & suis filiis expressis, in hoc casu Pau. de Cast. pro nepote contra patrum consilium in dicto suo cōsi. 159. super quo Socii in d. consi. & alij magnam uim faciunt, quia tunc expressis ex ordine scripturae, & ex mente concedentis constat, quod post primogenitū filius suus est admitteendus, quia uerba dispositionis, & inuestiturae sunt bene attendenda, ut in d. c. 1. de duo fratri. & per Alexan. in d. consi. in pen. col. sed quando feudum simpliciter deferretur primogenito, seu maiori natu, nulla facta mentione de suis filiis, uel liberis, tunc nepos quāuis subintrat gradum patris, tamen non subintrat totale ius succedendi ipsius patris, ut ex persona patris dicatur succedere, sed ex sua propria persona, ut in l. 1. si uir nepos. ff. de colla. dotis inducendo, ut ibi per Bar. si ergo debet succedere ex persona propria, & est minor natu, non est possibile, quod admittatur, exclusio autem descendente maiore natu, repugnātibz uerbis illo descendente maiore natu, repugnātibz uerbis Hieronymo: haec sūt uerba Alex. in d. consi. in pen. col. optime facientia ad hunc casum, per cuius dicta apparet casui nostro non ob stare ea, quod uoluit Pau. de Cast. in d. cōsi. ac et Soc. in d. l. si cognati. quāuis in qōne de Rege Roberto, & sic de iure primogeniturae nonnullae rationes allegantur, quae uidentur in qōni facere, tamē facile possunt tolli quoad casum nostrum, ut inquit ibi Alex. & plenē supra dixi, & maxime quia non loquuntur, quādo dispositio uocaret maiore natu, ut ibi dicit Alex. ac et quia ea, quae dicuntur in illa qōne, non possunt ad casum nostrum adaptari, ex quo dispositio, & inuestitura nō potest trahi ad casum fictum non habentem eandem rōnem, quam hēt casus uerus, ut superius dixi, & habetur per Alex. in d. consi. immo in casu nostro cessant iura, & rōnes, quibus dicitur, & fertur, quod filius cōsecratur pars corporis patris, & obtinere dicatur locū, gradū, & aetate patris, ut dictum fuit. Multis alijs rōnibus, quae facere uidentur contra conclusionem traditā respōdet Alex. in d. consi. 4. maxime in pen. & ult. col. cuius dicta aliter non refero. Rursum argumentum primū, quod facit Soc. in d. consi. 252. in 5. col. facile tollitur, quā ea dem ratio, quae faciebat masculum excludere foemina, uidelicet cōseruatio, & fauor agnationis, pariter militat in nepote masculino, cum agnationes p masculos, & non per foeminas cōseruentur iuxta ea, quae habentur per Bald. in l. maximum uitium. C. de liberis. preter. cum si. inst. de leg. agna. success. §. ceterū. Nihil ē nocere potest maiori natu pro tēpore, qui esset de uocatis ex forma inuestiturae factae D. Hieronymo, si primogenitus, qui feudum obtinebat, feudo fuisset ob eius delictū à domino priuatus, deinde restitutus & inuestitus fuisset pro se, & filiis, & liberis suis de feudo, quia talis inuestitura non esset attēdēda, nec eius ordo traditus, sed tenor inuestiturae primae factae Do. Hieronymo pro se, & filiis, nepotibus, & descendētibz suis, ita tamen, quod maior natu semper esset praefereendus, debet considerari p plura, quae possent ad propositum adduci, sed pro nunc contentus ero allegare consilium las. 7. & consi. 56. in 3. lib. ubi late, & pulchre loquitur, multa allegādo, ad quae me remitto. Et ita huius consultationi finē impono. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Motus proprius Papae non presumitur, nisi fuerit in literis uerbis expressis, & non solum in beneficiis, sed et in alijs rebus.
- 2 Concessio, & gratia ex importunitate petentium facta non ualet.
- 3 Motus proprii clausula in contractibus feudalibus, & alijs nō est necessaria, nec effectus motus proprii operatur, secus in rescriptis grauioribus, & ijs, quae à solo animo concedentis dependet.
- 4 Concessio ad petitionem impetrantis facta etiam de re, quae motu proprio concedi solet, ualet, si dolus, & subreptio in ea cesset.
- 5 Motus proprius regulariter nihil operatur, nisi in ijs, quae sunt in-